Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



proximi tui: nec desiderabis uxorem
eius: non seruum non ancillam: non
asinum: non bouem: neque omnia que
illius sunt. Cunctis autem ppls uide
bat uoces et lampades et sonitum
bucine montemque fumigantem: et p
territus ac pauore concussi: stetere
procul dicentes moysi. Loquere tu
nobis: audiemus: ne loquatur nobis
dns ne forte moriamur. Et ait moy
ses ad ppls. Nolite timere. Ut e
nim probaret uos uenit ds: et ut
terror illius esset in uobis: ne peccha
retis. Stetitque ppls delonge. Moy
ses autem accessit ad caliginem: in qua
erat ds. Dixitque preterea dns ad
moysen. Hec dices filiis israel. Vos
uidistis quod de celo locutus sum uobis:
altare de terra facietis mihi et offere
tis super eo holocausta: pacifica tua
oues tuas: boues. In omni loco in q
memoria fuerit nominis mei. GR
Miserere michi domine quoniam
infirmus sum sana me domine
Conturbata
sunt omnia ossa
me et anima mea
turbata est ualde
Hallo r: Accesserunt s. matheu.
ad ihm a hierosolimis scribe et pha
risei dicentes. Quare discipuli tui
transgrediuntur traditionem senio
Non enim lauant manus suas:
cum panem manducant. Ipse autem
respondens ait illis. Quare et uos
transgredimini mandatum dei ppter
traditionem uram. Nam dixit
deus. Honora patrem tuum: et ma
trem: et qui maledixerit patri uel
matri morte morietur. Vos autem
dicitis: quicumque dixerit patri aut
matri munus quodcumque est ex me
tibi prodest. et non honorificauit
patrem suum et matrem suam et irri
tum fecistis mandatum dei ppter
traditionem uram. Hypocrite. bene
pphetauit de uobis ysaias dicens.
Populus hic labis honorat: cor
autem eorum longe est a me. Sine
causa autem colunt me: docentes doc
trinas et mandata hominum. Et
uocatis ad se turbis dixit eis. Au
dite: et intelligite. Non quod intrat
in os coinquinat hominem: sed quod
procedit ex ore hoc coinquinat homi
nem. Tunc accedentes discipuli
eius: dixerunt ei. Scis quia phari
sei audito hoc uerbo scandalizati
sunt. At ille respondens ait.
Omnis plantatio quam non planta
uit pater meus celestis: eradica
bitur. Sinite eos: ceci sunt duces
ceco rum. Cecus autem si ceco ducatum
prestet: ambo in fouea cadunt.
Respondens autem petrus dixit.
Edisere nobis parabolam istam.